UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

Plutarchus

Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII

In librum de primo frigido

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

ἐν τοῖς ὑπ. σελ. *Et alia ſunt remedium deſiderantia.*

490. 33. Cùm ratione.] ἀλόγως τῇ. *certè ſenſus* εὐλόγως *poſcit, aut* οὐκ ἀλόγως, *niſi fortè* ἀλόγῳ *malis.*

Ibid. 36. Hirtum circa aures.] περὶ ὦτα λάσιον. *erat* περὶ ῷ ταλάσιον. *quod quidem ſtare non poteſt, & Talaſius malè huc vocetur.* περὶ ὦτα λάσιον. *eſſe legendum ſatis conſtat ex Phædro Platonis, vnde hic locus deſumptus eſt. Suprà ſimilem errorem notaui in de* ει *Delphico,* ἐξώδια τείβοντας *pro* ἔξω διατείβοντας.

493. 32. Euenus quoque.] ἐπειδὴ λέγομεν, οὔτε. *Locus lacer & confuſus, ac qui ſolis coniecturis periculosè curandus appareat. Eueni dictum etiam in lib. de adul. & am. diſcr. refertur, idemq́ Prodico tribuitur in præceptis de tuenda ſanitate. Vt ſemel dicam, quid de locis hæc abs me præteritis ſenſerim, ſatis mea verſio docebit. neq; ingrati erimus meliora docti.*

IN LIBRVM DE PRIMO frigido.

498. 14. ἰαίνεσθαι vocat Homerus] *Iliados* ο. *103. & Iliados* ψ. *600. de qua voce ſuprà etiam aliquid annotauimus.*

500. 24. Naturæ ordine.] ὡς φύσει πρὸς τὸ πῦρ. *legitur etiam in Aldino (non enim habet ſcriptus noſter hunc libellum)* ὡς φησι, *nullo ſenſu. Plumbeas autem Ariſtotelis* ἀκόνας *non intelligo ſatis, quanquam etiam in ſexto Sympoſiacorum, capite quinto & octauo, ſit eiuſdem rei mentio.*

501. 23. Surſum exhauriunt.] τὰ ζέοντα τῶν ὑδάτων ἀνορύττοντες. *hoc verbum huc non quadrat. Infrà cum hoc argumentum refellitur, proxima pagina,* ἀναῤῥύσεις *legitur. quod & ipſum nihil (quod ſciam) ſignificat.* ἄρνειν *quidem eſt haurire, &* ἀρύτω *idem dicitur.*

503. 16. Non ab aere.] τοῦ ἀέρος τει * ον. *Locus corruptus, & mancus. vide autem an non pro* εἰ γὰρ αἰτία, *legendum ſit* εἰ γὰρ ἀεὶ τὸ: *ſenſus quidem hoc flagitat. Paulò pòſt.*

ἐπὶ

ἐςὶ γὸ ἄτων ὠρῶν. *Turnebus legit* ὀρῶν, *cui facilè adſtipulor, voce* ἄκροις *quaſi digito hanc lectionem demonſtrante. aliquanto inferius pro* ὕσης πυρώδυς, *ſcribẽdum* ὐσίας πυρώδυς. *non quidem ſum neſcius ætherem etiam feminino genere dici à Græcis: ſed neq; id huc facit, & τῷ αἴθερι ſcriptum eſt perſpicuè.*

505. 1. Tanquam clauo.] ὥσπερ ἡλίῳ. *Hoc quid ſit, ſanè non aſſequor, & mendum ſuſpicor. Fortè* ἥλῳ *legendum. Paulò antè,* magis etiam probabilem.] ἀλλ' ἀπιθανώτερον, *lego cum Turnebo* ἀλλὰ πιθανώτερον. *Poſt ex Empedocle* χεδυνὴν φιλότητα *refertur. quod ſi quis rectè legi putat, quid ſit* χεδυνὸν *velim explicet. Ego* σφεδανὴν *legendum arbitror: quæ vox & ab hac lectione non procul abludit, & ſenſum ſatis commodum præbet: cum Euſtathio teſte ſit* παρὰ τὸ σπεύδω, *&* τὸ σφοδρὸν *ſignificet.* κλίτια.] *hæc vox mihi valde eſt ſuſpecta. neque habeo quod commodè ſubijciam. Turnebus Veſtam legit, cui vox* στάσις *ſuffragatur. vt ſit* παρὰ τὸ ἑστάναι ἑστία. *non ignoro ab Ebræis vocem deduci: ſed id huc nihil. ſicut* οὐδὲ λεῖπον *nihil eſt, & locus non integer. Sed paulò pòſt* χάλικας *ſcribendum, cum malè habeatur* χάληκας. *& de lapidib. eum loqui nõ ſit obſcurũ.* ψυχροτέρυ πολλῦ πολῦ. *Vide hac ipſa de re Plutarchum libro ſexto, problemate quinto* συμποσιακῶν.

IN LIB. DE GLORIA Athenienſium.

509. 39. *Apparet initium libelli abolitum eſſe, aut interceptum. Neque dubium eſt, quin hoc initium præceſſerit Themiſtoclis reſponſio ad eos duces Athenienſium, qui qualiterqualiter re bene geſta ſe ipſi æquabant. quibus ille de ferijs & die* τῆς παρασκευῆς *apologum retulit. res nota cùm ex alijs, tum ipſo Plutarcho in vita Themiſtoclis, de fortuna Romanorum, alibi. Pòſt* 510. 8. *pro Tolmia Tolmidam poſuimus ex ipſo Thucydide.* α. ibidem 18. A Themiſtogene.] καὶ Θεμιστογένη. γράψας *eſt repetendum* ἀπὸ κοινῦ, *niſi aliquid deſit. Locus Xeno-*

phontis eſt initio tertij ἑλλlωικῶν. Clinodemus quid hiſtoriæ ſcripſerit, neſcio: atq; adeò an hoc nomen ſit integrū. apud Plutarchum & alios & Cleodemus & Clidemus hiſtorici citantur. neq; tamen neſcio iſta nomina omnia eodē recidere. Δίυλλος *ll gemino legitur apud Athenæum libro decimotertio* δειπνοσοφιστῶν. *vbi citatur teſtis amoris inter Demetrium Phalereum & Lampetonem.* 510. 33. Colorum temperationem diuerſorum.] φθορὰν. *rectè ſic legitur. vide infrà Sympoſ. vnde verſionis noſtræ rationem cognoſces.*

511. 24. Deliberarent.] *ex ſententiæ neceſsitate* διαβουλευομένοις *ſcribitur, cùm ſingulari nominatiuo legatur hiſtoriæ cum iniuria. Poſt de pictura pugnæ* τὸ σύγγραμμα *nihil quadrat.*

512. 30. Erœenſis.] Θέρσιππος ὁ ἐρωεὺς. *Sanè Atticum hunc hominem fuiſſe iudico.* π *geminaui. Sed gentile hoc mihi ſuſpectum eſt. Apud Stephanum reperio* ἐροιάδας δῆμον φυλῆς ἱπποθοώντιδος. *at inde hoc vix potuit deduci, mallē* ἐροιεὺς.

515. 13. Miſiſſe.] ἀπέστειλαν. *ſolœciſmus eſt, niſi* ἀποστεῖλαι *legas. Pòſt* καὶ λόγου ἀξ.] *lego* κἂν, *ex ſenſu.*

514. 5. Vt lege Areopagitæ.] *In Græco eſt, lege cautum, ne quis Areopagita comœdiam faceret. ego latam ab Areopagitis puto, qua omnem huiuſmodi ſcriptionem vetarent. meminit non vno loco Flaccus noſter. Infrà* 514. 29. Corni geri] Κρατίνου. *fortè* κερατίνου. *Sed omnia ſunt confuſa.*

515. 24. Audi Alala.] Κλῦθι Ἀλαλὰ. *Sic legendum, non* ἄννα ἐγὼ. *Pindaricum eſt, ſuprà quoq; citatum de fraterno amore. Quid autem eſt paulò poſt* νηχοτάλαυλοι.

516. 12. Sexta vltra decimam.] ἕκτῃ δὲ μlωὸς *habet Græcus: ita ſexta die dicitur Chabrias apud Naxū viciſſe. quod mendo non vacat. In Camillo ſcribitur, circa plenilunium eſſe factum, vt fortaſsis ſcriptum fuerit hic.* ἕκτῃ δ' ἐπὶ δέκα τοῦ αὐτοῦ μlωὸς, *&c. & ſic planiſsimè legitur in Phocione. Certè decimamſextam menſis diem* πανσέλlωον *mox ipſe ponit hic.*

516. 36. Rei